



UNIVERSITÉ
DE PARIS
COLLÈGES



BIBLIOTHÈQUE
DE
L'UNIVERSITÉ





Table

des ouvrages
contenus dans ce volume.

1156754051

- 1 Bayeux (Collège de) Statuta collegii Baiocensis Statuta.
- 2 idem. Arrêt du parlement 1713 15^{me} homologuant une conclusion de l'université du 27^{me} 1713 relative à ce collège.
- 3 idem. Sicut un autre arrêt sur les Boursiers.
- 4 Factum relatif à la plainte maintenue en la principalité de Boncourt.
- 5 Orléans (Collège du) Statuta collegii Orléans-Borbonici edita die 7 Januarii, et de senatu confirmata 17 Junii. an: 1661.
- 6 idem. Regulæ collegii Borbonici-Orléani excerptæ à Statutis &c.
- 7 Grassins (Coll. des) Arrêt du parlement, 1710 4 mai, qui homologue l'avis des S^{rs} Pirot et Pourchot, sur l'administration des biens de ce collège.
- 8 Extractum e commentariis universitatis (relatif aux logements qui peuvent être concédés dans les collèges).
9. Eas. humbles et très-respectueuses représentations de l'Université de Paris au Roi, au sujet des lettres patentes du 20 Août 1767.
10. Universitas Studii Parisiensis Socii et amici universitatibus Studiorum.
11. Factum pour M^{re} Claude de Cordoy esleu principal de la maison de Montargis, contre les S^{rs} chartreux, opposans à cette election.
12. Ste Barbe (coll. de) Fondation 1556 19 novembre.
- 13 idem. Mémoire pour les curé et Marguilliers de St Hilaire à Paris ayant droit de présenter à 2 bourses du collège Ste Barbe deux enfans de leur paroisse.
14. idem Factum signifié pour les principal, procureur, Chapelain boursiers de ce collège contre les S^{rs} recteur Doyens &c. de l'université de Paris.
- 15 Tours (collège de) Statuta Venerabilis collegii Turonensis parisiis fundati.

E. S. V. P.

16.


à Messieurs du Parlement (L'Université contre M^e Lenormant, Syndic du Clergé
du diocèse de Paris)

17.

Requête pour les Recteur, doyens, & de l'Université contre J. Magny, commis au greff
des gens de main-morte, et de M^e J. Lenormant, Syndic &c.









STATVTA

COLLEGII PLESSÆO-SORBONICI

edita die 7 Ianuarij, & à Senatu
confirmata 17 Iunij, anno 1651.

 MADORVS IOANNES BAPTISTA
DE VVIGNEROD Abbas Commen-
datarius Majoris Monasterij prope & extra
muros vrbis Turonensis, eoq̃ue nomine
Superior solus & in solidum Collegij de Plessæo Pari-
sijs fundati, Vniuersis presentes Literas inspecturis
Salutem. Ex quo eiusdem Collegij quod penitus ad
interitum vergeret reparandi consilium viamque ini-
uimus datis Societati Sorbonicæ literis die tertia Iunij
anno Domini 1646. authoritate Regia, Senatusque
Parisiensis placito anno sequente confirmatis, quibus
illud ipsum Collegium cum omnibus eius bonis &
munus magni magistri huicce celeberrimæ Societati
in perpetuum vniuimus & addiximus, ijs conditio-
nibus quæ in literis illis nostris continentur, præser-
timque vt instauratis ædificijs vndequaue vetustate
collabentibus studia bonarum artium & scholastica
disciplina ibidem ab ea societate restituerentur, ad pu-
blicam vtilitatem & Collegij splendorem: significa-
tum nobis est à prudentibus viris vnum præterea ad
perfectam scholæ istius instauracionem desiderari. Ni-
mirum vt præsens bursarum status ad eam reducere-
tur formam quæ ad fundatoris institutionem magis

accedens , conseruandæ Collegij disciplinæ & tran-
 quillitati esset aptior , & studijs bursariorum facilius
 fœliciusque promouendis esset accommodatior. Nos
 autem memoratam instaurationem quantum in no-
 bis est prouehere atque perficere cupientes , curau-
 mus vti res vniuersa diligenti & sedula disquisitione
 comprobaretur , comperimusque fundatorem Colle-
 gij Plessæi foundatione sua triplicem instituisse bursa-
 riorum ordinem , quorum alij studijs artium , id est
 Grammaticæ , Poëticæ , Rhetoricæ , Dialecticæ alia-
 rumque similium incumberent ; Philosophiæ alii &
 rerum naturalium cognitioni ; alij denique Theolo-
 giæ vel decretis. Videlicet vt singuli per istos scientia-
 rum gradus ad eam eruditionem ascenderent , quâ
 eminere in Ecclesia Dei deceret eos qui ad iustitiam
 alios erudirent aliquando. Isti verò fundatoris institu-
 to nullatenus respondere eam quæ nunc in Collegio
 cernitur rerum faciem, in qua retentis solis theologo-
 rum bursis, cæterarum scientiarum studia prorsus ab-
 legata sunt , quin & ipsa theologiæ studia vel ferè
 nulla vel admodum remissa & oscitantia esse manife-
 ste deprehenduntur. Re autem in deliberationem per
 nos adducta cum clarissimis doctoribus à Societate
 Sorbonica , cuius consilio hoc in negotio vti volui-
 mus , deputatis, scilicet magistris Iacobo Charton Ca-
 nonico & Pœnitentiario Ecclesiæ Parisiensis , Hiero-
 nymo Bachelier Canonico & Archidiacono Sueffio-
 nensi, Martino Grandin Theologiæ Professore & Pri-
 mario Collegij Dainuillæi, Gabriele Dabes Canonico
 Ecclesiæ sancti Marcelli, olimque per multos annos
 facultatis artium censore, aliisque viris peritissimis
 quos in consilium nostrum adhibere solemus, Vi-

sum est ad instaurationem Collegij, & ad studia bur-
sarium nihil conferre magis quam si rebus ad anti-
quam formam propius reuocatis, id in posterum ser-
uetur vt bursarij studeant primum literis humaniori-
bus per annos aliquot, deinde Philosophiæ, postea vero
Theologiæ. Sic enim futurum esse vt studijs optima-
rum artium postliminio redeuntibus ac reuiuiscenti-
bus, bursarij doctrinam & morum institutionem ex
restaurata Collegij disciplina reciperent: vicissimque
Collegium eorum eruditione ac moribus ornatum,
disciplinam ac splendorem cui restituitur tantò fir-
mius conseruaret. Nos igitur maturà cum supradictis
doctoribus aliisque peritissimis viris habita deliberatio-
ne, omnibusque attentè perspectis atque ponderatis hæc
quæ sequuntur statuenda censuimus & præsentibus
litteris statuimus, volumusque in posterum accura-
tissimè obseruari.

Primo, Vt nullus in posterum ad bur-
sas à Domino Godefrido de Plessæo institutas, vbi eas vacare conti-
gerit, possit admitti, nisi ea sit ætate, eoque ad summum
prouectus fuerit in studijs, vt possit per duos saltem
annos literis humanioribus, & præsertim Rhetoricæ
utiliter operam dare: deinde cursum Philosophicum, vbi
eius capax inuentus fuerit, ingrediatur, illumque
biennio absoluat, iuxta morem Academiæ. Confecto
cursu teneatur intra quatuor menses gradum magi-
sterij artium adipisci, & per tres annos cursum proxi-
me consequentes ac minime interruptos Theologiæ
diligenter incumbat, audiatque duos ex professoribus
qui legunt in scholis Sorbonicis, & rationem studio-
rum Primario Collegij reddere teneatur. Post trien-
nium theologicum si ad gradum Baccalaurei in

Theologiæ facultate aspiret, & ingenium studiaque spem faciant adepturum cum laude, rursus anno vno bursâ eiusque iuribus gaudere permittetur à Primario, accedente consensu Sorbonicæ Societatis, atque de actu tentariuæ respondebit intra eundem annum, quo elapso bursa vacabit, eamque dimittere tenebitur ante festum sancti Remigij. Erit autem annus ille singulis bursarijs vltimus quodcumque tandem ab adita bursâ tempus effluxerit.

Secundò, circa bursas quas magister Natalis Mesleau altera foundatione prioribus adiunxit, eiusdem secundariæ foundationis vestigiis inhærendo, statuimus vt quatuor illi bursarij ad quorum numerum fundatio hæc ob rerum Collegij tenuitatem & angustiam redacta est anno 1621. quique iuxta eandem foundationem ex qualibet Regni Gallici prouincia assumi possunt, studeant in Collegio literis humanioribus ac Philosophiæ, & statim à confecto cursu Philosophico bursam dimittere teneantur; vnus tamen illorum à primario retineri possit ad studia theologica, quæ quidem tribus annis absoluet: atque si ad Baccalaureatum voluerit promoueri, illum adipisci tenebitur intra annum proximè sequentem, quo demum elapso bursa eius eò ipsò vacabit, prout modo de bursarijs primæ foundationis constitutum est. Quam statuti rationem ad cæteros omnes eiusdem foundationis bursarios pertinere atque extendi volumus, siquando pinguiore Collegij prouentus patientur eos ad pristinum numerum reuocari.

Tertiò, statuimus, quod etiam distinctè præcipiunt antiqua statuta anni 1455, vt cum bursa aliqua vacauerit, bursarius eam continuò dimittere teneatur &

omnibus eius iuribus eo ipso priuetur. Prouideat autem Primarius ne quidquam ex ea percipiat, neue iuribus eius ullis perfruatur, etiam si fortè contigerit non illicò suffici alium in eius locum. Curæ vero erit Primario vt moneat nos tribus mensibus ante futuram burse vacationem; simulque Reuerendissimos Episcopos Maclouensem & Ebroicensem pro iis buris ad quas nominandi ius habent.

Quartò. Bursarij omnes honestè viuant; pietatem & modestiam colant; Collegij legibus sollicitè obsequantur: Primario reuerentiâ & obedientiam exhibeant; professores Collegij honore prosequantur: concordiam inter se, & cum omnibus seruent: studijs strenuè ac diligenter incumbant. Si quis vero contra prædicta peccauerit, à primario pro merito & mensura culpæ puniatur, atque si inobediens sit & contumax nec monitis eius, & correctionibus emendetur, è Collegio expellatur à Primario de consilio Sorbonicæ societatis. Quod multò magis obseruari volumus, si malo quis exemplo alijs præeat ad nequitiam eosque inficiat morum contagio, is enim è Collegio protinus eliminetur. Vbi vero aliquis expulsus fuerit, Primarius monebit nos, vel eos ad quos burse istius præsentatio pertinebit, vt eam, alteri idoneo conferamus.

Hæc sunt quæ pro tempore duximus esse statuenda. Quapropter Venerabilibus viris Priori, & Sociis Sorbonicis Collegij moderatoribus & magistris, necnon Primario eiusdem **M A N D A M V S**, vt hoc nostrum Statutum districtè & religiose seruari curent: eiusque exemplar quod eis mittimus, signo & sigillo nostro munitum in tabulas Collegij referri, vt ad illud cum

opus fuerit recurratur. Datum Parisiis, die septima
Ianuarij, anno post Christum natum millesimo
sexentesimo quinquagesimo primo. AMADORVS
IOANNES BAPTISTA DE VIGNEROD.
De mandato Reuerendi Domini mei Domini Abbatis.
Collet. Et sigillatum.

ANNO Domini millesimo sexentesimo quin-
quagesimo primo, die vero sabbathi prima men-
sis Aprilis post meridiem: Ego Claudius Moussinot
Publicus autoritate Apostolica, curiæque Archi-
episcopalis Parisiensis Notarius iuratus subsignatus ad
instantiam Reuerendi Domini Abbatis Maioris Mo-
nasterij supra nominati, has præsentès Literas legi, pu-
blicaui, & significaui discreto viro Magistro Carolo
Gobinet, Presbytero, Doctore Theologo è societate
Sorbonica, & Collegij Plessæi primario, nec non
magistris Laurentio Gueret, Ioanni Edart, Guillelmo
Melleuille, Michaeli Vieil, Ioanni Brugale, & Ma-
thurino de Lisle, omnibus presbyteris & bursariis præ-
dicti Collegij Plessæi, in aula eiusdem Collegij solem-
niter congregatis: præsentibus venerabilibus viris ma-
gistris Martino Grandin, & Gabriele Dabes, præfa-
tæ societatis Sorbonicæ doctoribus, ab eadem socie-
tate deputatis, ad harum literarum publicationem præ-
dictis Primario & bursariis faciendam, quibus bursa-
risi præsentium literarum exemplar à me Notario
subsignatum dimisi, anno, mense, & die prædictis.
Moussinot.

*Registrés ouy le Procureur General du Roy, pour estre executés
selon leur forme & teneur. A Paris en Parlement le 17. Iuin
1651. Signé GUYET.*

Extrait des Registres de Parlement.



E v par la Cour les Lettres Patentes du Roy
 données au mois d'Octobre 1646. signées
 LOVIS, & plus bas par le Roy De Lomenie,
 & scellées du grand Sceau, par lesquelles le-
 dit Seigneur Roy approuue l'union du College du
 Pleffis fondé en l'Vniuersité de Paris, à la Societé de
 Sorbonne, par le sieur Abbé de Marmonstier Superieur
 Directeur & Administrateur dudit College, selon &
 ainsi qu'il est plus au long porté par lesdites Lettres;
 l'Arrest de ladite Cour du 7. Septembre 1647. donné
 entre les Prieur, Docteurs & Bacheliers du College &
 & Societé de Sorbonne, demandeurs en Requête du
 6. Iuin 1647. & les Procureur & Bourfiers dudit Col-
 lege du Pleffis, par lequel sans s'arrester à l'opposition
 desdits Procureur & Bourfiers, auroit esté ordonné que
 lesdites Lettres seroient registrées, pour iouir par les im-
 petrans de l'effet & contenu en icelles. Les Statuts &
 Reglemens faits pour ledit College du Pleffis par Messie-
 re AMADOR IEAN BAPTISTE DE VVIGNEROD
 Abbé commendataire de l'Abbaye de Marmonstier, le
 7. Ianuier 1651. Requête desdits Prieur, Docteurs &
 Bacheliers de la maison & Societé de Sorbonne, grands-
 Maistres dudit College du Pleffis, à ce que lesdits Sta-
 tuts & Reglemens fussent homologués & auctorisez,
 ce faisant, qu'ils fussent registrez au Greffe de ladite
 Cour, pour estre obseruez selon leur forme & teneur,
 avec defences à toutes personnes d'y contreuenir, & en-
 joint aux Principal & Procureur dudit College d'y te-

nir la main, & aux Bourfiers & Escoliers d'y obeir sous les peines portées par iceux Statuts. Veu aussi la fondation dudit College de l'année 1322. le Testament du Fondateur de l'an 1332. Les Statuts dudit College faits par les Abbez de Marmonstier és années 1335. 1391. 1455. 1466. 1537. 1621. L'Arrest de ladite Cour du 29. Ianuier 1535. & autres Arrests des 13. Aoust 1575. & 20. Septembre 1577. donnés pour le reglement des Colleges. Conclusions du Procureur General du Roy, auquel tout a esté communiqué: Et tout considéré. LADITE COUR a homologué & homologue lefdits Statuts & Reglemens faits ledit iour 7. Ianuier 1651. Ordonne qu'ils seront registrez au Greffe d'icelle, pour estre executés selon leur forme & teneur. Fait en Parlement le 17. Iuin 1651. Signé G V Y E T.